

è perduto. Il testatore è il canonico Francesco Stragotini da Spalato, persona uscita certamente dalla scuola cattedrale e notissima nella vita spalatina della seconda metà del trecento. Queste constatazioni e il fatto che, specialmente nelle clausole finali, il testamento offre materiali di notevole interesse linguistico, ci hanno consigliato a pubblicarlo, per quanto sia evidente che nella trascrizione notarile molte caratteristiche dell'originale siano andate perdute.

VI

1369, 13-21 ottobre.

Inventario dei beni dei figlioli minorenni del defunto Bogdano Mundich.

Die XIII octubris.

Cum per dominum uicarium et iudices cognitum foret Nicolam, Duymum, Perusam, Dobrazam, Marinam et Nicolam, filios et filias condam Bogdani Mundich pupillos indigere tutore et curatore, idcirco prefati domini uicarius et iudices pro tribunali sedentes in palacio nouo comunis ad jura reddenda, eisdem pupillis dederunt in tutores et curatores Peruosclauum Cacieuich et Sfilam uxorem condam dicti Bogdani, legiptime citatos ad petitionem dictorum pupillorum per Pribicum plazarium comunis. Qui Peruosclauus et Sfila constituti coram dictis dominis uicario et iudicibus corporaliter tacto sacr.... iurauerunt de mandato dictorum dominorum uicarii et iudicum dictam tutelam facere et exercere bona fide sine fraude, et omnia et singula que crediderint fore necessaria dictis pupillis et utilia facere et inutilia pretermittere, salvo semper quod ualeant uti ueritate, et inuentarium de bonis dicti condam Bogdani facere et tempore congruo adsignare sibi debitam rationem cum restitutione reliquorum bonorum secundum statuta Spalati. Cuius tutele constitutioni, prefati domini uicarius et iudices suam et comunis Spalati auctoritatem interposuerunt..... et pro dictis tutoribus et curatoribus fideiussit ser Petrus Marci. Presentibus Marino Uannis et Johanne Peruosclauu testibus.

Die XXI octubris.

Qui tutores et curatores inuentarium fecerunt de bonis condam dicti Bogdani et mihi notario infrascripto presentauerunt in scriptis in quadam cedula infrascriptas possessiones et bona, dicentes hoc esse inuentarium de dictis bonis, protestantes quod si quid in posterum reperirent de dictis bonis quod non esset scriptum quod ipsa possint superaddere in dicto inuentario. Et primo dixerunt inuenisse ut inferius continetur.